

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### **I. Übersetzung**

**Auf seinem Zuge nach Italien nähert sich Hannibal, die Durance aufwärts ziehend, den Alpen.**

- 1 Iamque Tricastinis incedit finibus agmen,
- 2 iam faciles campos, iam rura Vocontia carpit.
- 3 Turbidus hic truncis saxisque Druentia laetum
- 4 ductoris vastavit iter. Namque Alpibus ortus,
- 5 avulsas ornos<sup>1</sup> et adesi fragmina montis
- 6 cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis
- 7 ac vada translato mutat fallacia cursu,
- 8 non pediti fidus, patulis non puppibus aequus;
- 9 et tunc, imbre recens fuso, correpta sub armis
- 10 corpora multa virum spumanti vertice torquens
- 11 immersit fundo laceris deformia membris.
- 12 Sed iam praeteritos ultra meminisse labores
- 13 conspectae propius dempsere paventibus Alpes.
- 14 Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta
- 15 atque aevi glaciem cohibent; riget ardua montis
- 16 aetherii facies surgentique obvia Phoebo
- 17 duratas nescit flammis mollire pruinas.
- 18 Quantum Tartareus regni pallentis hiatus
- 19 ad manes imos atque atrae stagna paludis
- 20 a supera tellure patet, tam longa per auras
- 21 erigitur tellus et caelum intercipit umbra.
- 22 Nullum ver usquam nullique aestatis honores.
- 23 Sola iugis habitat diris sedesque tuetur
- 24 perpetuas deformis hiems; illa undique nubes
- 25 huc atras agit et mixtos cum grandine nimbos.
- 26 Iam cuncti flatus ventique furentia regna
- 27 Alpina posuere domo. Caligat in altis

---

<sup>1</sup> **ornus, i** = die Bergesche

28 obtutus<sup>2</sup> saxis abeuntque in nubila montes.

Frühjahr 1987

- 2 -

---

29 Mixtus Athos Tauro Rhodopeque adiuncta Mimanti

30 Ossaque cum Pelio cumque Haemo cesserit Othrys.

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Erklären Sie sprachgeschichtlich die Form **virum** (Z.10)!
2. Beschreiben Sie das Bedeutungsfeld des Verbums **carpere** (Z.2)!
3. Analysieren Sie grammatikalisch den Satz: **Sed iam praeteritos ... paventibus Alpes** (Z.12/13)!

---

<sup>2</sup> **obtutus, us** = der Blick, das Sehvermögen